

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor r  
cum fontibus primis

Hoc habet impaciens amor  
ut quem desiderat semper inuenire se credat.  
Ignorat siquidem iudicium,  
ratione multociens caret, nescit modum,  
nec aliud cogitare potest quam quod diligit.  
Amor non accipit de impossibilitate solacium,  
nec ex difficultate remedium,

nec consilio temperatur, nec pudore frenatur,  
nec ratione subicitur.

Ambrosius et Ieronymus in sermone de  
assumpcione.

Hoc quippe habet impatiens amor  
ut quae desiderat, semper inuenire se credat.  
Ignorat siquidem iudicium,  
ratione multoties caret, modum nescit,  
nec aliud cogitare potest quam quod diligit.  
Amor non accipit de impossibilitate solatium,  
neque ex difficultate remedium.

Auctor incertus (Hieronymus Stridonensis?),  
*Epistola assumptione beatae uirginis Mariae*, 13  
(PL 30, col.137A).

Nec ignoro quia HONOR REGIS IUDICIUM DILIGIT;  
sed praeceps amor, nec iudicium praestolatur,  
nec consilio temperatur, nec pudore frenatur,  
nec rationi subicitur.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super*  
*Cantica canticorum*, 9.2 (SBO 1, J. Leclercq, C.H.  
Talbot, H.M. Rochais eds., p.43, ll.13-15).